

Dresdae, B. Reg. Hainio ignot. — Ioannes Schöffler Ulmenis in urbe patria ab anno 1492 typographus erat; aliquandiu Frisingae commoratus est. Cf. Dictionnaire de géogr. p. 1283 et Hain-Burger p. 287. 139.

Basileae, Iac. de Pfortzen, a. 1498. Partes I. II. cum glosa notabili. 122 et 108 foll. s. num., c. sign. aij—viiiij et Aij—Riiij, typi Goth., in 4^o.

I. *Fol. 1^a*: Prima pars doctrinalis # Alexandri cū sententijs : notabilibus et voca # bulorū lucida expositio : nonnullis annexis # argumentis cum eorundē replicis : ad nouel # lorum in grāmatica incipientiū pfectum : cū # quibusdam alijs additis pro in scientijs alijs # qualiter prouocetis. # Sequitur icon magistri cum 2 discipulis : supra inscriptum est emblemata : Accipies tanti doctoris dog # mata sancti. *Fol. 1^b*: Glosa notabilis # (b) Anquā paruulis # etc. *Fol. 121^b*: Expolitio textus et exemplorū pme ptis Alexandri : equiuocorū et synonymorū # etc., l. 2. inf.: Impressa Basilio (sic) p Iacobū de Pfortzen # Anno a natiuitate xpi. M.CCCC.XCVIII. # *Fol. 122 vacat*.

II. *Fol. 1^a*: Glosa notabilis secundo # partis Alexandri (sic) cū interlinealibus expositionibus textus # eiusdē in planissimis sententijs subiunctis perqulebre ordi # natis questionibus etc. Sequitur eadem icon quae supra. *Fol. 1^b*: Glosa notabilis # (Q) Uam pulera taberna : # eula tua etc. *Fol. 108^b*: Explicit feliciter Secunda pars Alexandri euj glo # sis metrorum etc., l. 3. inf.: Impressa # Basilee per Iacobum de Pfortzen Anno natiuitatis # dominice Millesimo quadringentesimononagesimo : # octauo. (sic) #

Basileae, B. Un.; Monachii, B. Reg. (parti I. priora 6 folia desunt). Cf. Hain no. 691 et 718. — Iacobus de Pfortzen sive Pforzheim a. 1488 Basileae typographus consedit. Cf. Dictionnaire de géogr. p. 1021 et de operibus eius usque ad a. 1500 Hain-Burger p. 240.

140.

Coloniae, Henr. Quentell, a. 1498. Pars I. cum glosa notabili. 124 foll. s. num., c. sign. aij—viiiij, typi Goth., in 4^o.

Fol. 1^a: Prima pars doctrinalis Ale # xandri cum sententijs. notabili # bus, et vocabulorum lucida expositione. nonnullisq # annexis # argumentis cum eorundem replicis, ad nouellorū in gram # matica incipientiū pfectum, cum quibusdam alijs additis # p in sciētijs aliquantulū puectis, de nouo diligētissime reuisa # COLONIA #. Sequitur icon xylogr.: magister in cathedra stans, ante eum 4 discipuli, supra inscriptio est: Alexander cum 4 discipulis suis #. *Fol. 1^b*: Glosa notabilis # () Anq paruulis hae po # tum dedi vobis etc. *Fol. 121^a*: Expolitio textus et exemplorū prime partis Alexandri # etc., l. 2. inf.: Impressa in felici Colon. circa summū p Henricū Quen # tell. Anno a natiuitate xpi. M.CCCC.XCVIII. Nona nouēbris #. *Fol. 121^b vacat*.

Vratislaviae, B. Un.; Basileae, B. Un.; Hannoverae, B. Ur. Editio, quam Hainius no. 717 adnotauit: Pars secunda cum sententijs notabilibus et vocabulorum lucida expositione. Coloniae per Henricum Quentell a. 1498. 4. eadem esse videtur, cum pars II. cum, quam Hainius posuit, inscriptionem sibi non habuit.

141.

Locis, typographi nomen et annus desunt exemplari in sine mutilo (Coloniae, Quentell c. a. 1498). Pars II. cum glosa notabili. 116 foll. c. sign. Aij—Siiiij, typi Goth., in 4^o.

Fol. 1^a: Glosa notabilis secūdo partis # Alexandri cū interlineariib' expolitib' textus eiusdē in planissimis # sentētijs. subiunctis ppulere ordinat' questionib' atq # argumētis cū # replicis etc. Sequitur icon magistri circum manu tenentis et 3 discipulorum. *Fol. 1^b*: Glosa notabilis. # QUam pulera tabernacula tua Iacob : tētoria tua # israel. etc. *Fol. 116 deest exemplari*.

Murburgi Hess., B. Un. Haec editio a typotheta iam descripta erat, cum a Roedigero bibliothecario Marburgensi edoctus sum cum cum editione partis I. Coloniae in officina Quentelliana a. 1506 confecta, quam no. 193 describens, ino volumine comprehendi. Quare editio haec illi potius anno attribuenda et hoc loco delenda est, quod quidem nos ipsos facere continua numerorum series iam prohibet.

142.

Daventriae, Rich. Pafract, a. 1499, d. III. m. Ian. Wilhelmi Zenders de Werdt opus minus II. partis. 122 foll. s. num., c. sign. aij—viiij, typi Goth., in 4^o.

Fol. 1^a: Opus min⁹ secūdo partis # Alexandri introductorium ad # op⁹ maius eiusdē perutile #. *Fol. 1^b*: (C) Irea principium partis secūdo Alexandri queritur primo quid # est grāmatica etc. *Fol. 122^a*: Pinitur dei gratia op⁹ minus secūdo ptis Alexan # dri pro pueris clare breuiterq # institutis: per Wilhel # mū zenders de Werdt collectū. Et quae illie breuitatis # gratia : ne pueris fastidiū ex plicitate generetur : omis # sa sunt : in ope maiori eū plurimis elegantijs et questio # nib⁹ feitu dignis in scholis disputandis : argumentis et re # plicis annexis : vt in logica Petri hispani fecimus : # colligitur et absoluitur. Impressum Dauentrie per # me Richardum pafract Anno dñi M.CCCC.XCIX. Tercia Ianuarij. # *Fol. 122^b vacat*.

Sangalli, B. Cuen.; Augustae Trevir., B. Ur. Cf. Campbell no. 136.

143.

Daventriae, Rich. Pafract, a. 1499, d. XXVI. m. Ian. Wilhelmi Zenders de Werdt opus minus I. partis. 134 foll. s. num., c. sign. aij—ziijij, typi Goth., in 4^o.

Fol. 1^a: Op⁹ min⁹ Prime partis # Alexandri cum questionē # lis de optimis morib⁹ et virtutib⁹ interpositis # cū questionib⁹ sentētijs text⁹ declaratib⁹ feitu # dignis : cū argumētis et eorundē solutionib⁹ in # scholis disputandis pro pueris instituendis diligenter collectis. # *Fol. 1^b vacat*. *Fol. 2^a*: Ad omnes scholarum rectores : ut iuvenes a # puericia virtutib⁹ et optimis moribus institutū # tur exhortatio etc. *Fol. 6^a*: Prohemium Alexandri # Alexandri Prima ps. nō est minima ars # etc. *Fol. 131^a*: Pinit Prime partis Alexandri novū cō # mentum perutile. cū questionē # morib⁹ virtutib⁹ atq # vitis Per wilhel # mū Senderum pro pueris institutis # collectū. Et Davētrie per Richardum pafract, diligētē impressum Ano do # mini. M.CCCC.XCIX. Viceima sexta Ianuarij. #

Maihingar, B. Princ. A Campbellio no. 135 not. ex Panzero I. p. 365 no. 129, quem etiam Hainius no. 768 secutus est.

144.

Argentinae, Io. Pryss, a. 1499. Partes I. II. cum dictis Ioannis Synthen. 168 et 135 foll. s. num., c. sign. Aij—Xiiij et aij—riiij, typi Goth., in 8°.

I. *Fol. 1^a*: Dieta iohānis synthen # super prima parte alex. # *Sequitur icon xylogr. annuntiationem Mariae repraesentans. Fol. 1^b*: Registrum prime partis magistri Alexandri ostendens # numerū capitulorū. etc. *Fol. 168^a*: Finit sup Prima pte doctrinalis Alexandri ve- # nerabilis iohānis Synthen copulata Argentine # fāma diligentia nouiter emendata. # impressa p In # dustrā iohānē Priif' eiū argentia. Anno dñi M # cccc.xcix. xiiij die mensis Martii. # *Fol. 168^b vacat.*

II. *Fol. 1^a*: Dieta iohānis synthen # super Sed'n parte alex. # *Sequitur eadem icon ac supra. Fol. 1^b*: Registrū Sed'o partis Alexan # dri etc. *Fol. 135^b*: ¶ Finit hic Glosa super Secunda parte magistri # Alexandri. p Ioannem Synthis collecta. Et nūc # in optimā formā redacta. Impressa Argentine p # industriā viq Ioannem priif'. Anno. mcccc.xcix. #

Vindobonae, B. Cues.; Gottingae, B. Un.; Coburgi, B. Duc.; Oxoniae, B. Boll. Cf. Hain no. 14763. — Ioannes Prys sive Prüss ab a. 1483 Argentinensis typographus erat. Cf. Hain-Burger p. 251 sq.

145.

Daventriae, Rich. Paeraet, a. 1499, paenult. m. Sept. Wilhelmi Zenders de Werdt opus minus II. partis. 122 foll. s. num., c. sign. aij—viiij, typi Goth., in 4°.

Fol. 1^a: Opus min^o Secūdo partis # Alexandri introductorū ad # op^o maius eiusdē perutile. # *Fol. 1^b*: () Irea principium partis secūdo Alexandri queritur primo quid # est grāmatica etc. *Fol. 3^a, l. 12*: () Ie iubet ordo libri vocū regimē reserari #. *Fol. 122^a*: ¶ Finitur dei gratia op^o minus Secūdo ptis Alexan # dri pro pueris clare breuiterq; instruēdis. per Wilhel # mū zenders de Werdt collectū Et quo illie breuitatis # gratia : ne pueris suffidiū ex # plicitate generet : omissa # sunt : in ope maiori cū plurimis elegātij : questionib' # bus scitu dignis in scholis disputādis : argumētis : re # plicis annexis : ut in logica Petri hispani fecim^o : colli # gātur et absolūtur. Impressum Dauentrie per me # Richardum paeraet. Anno dñi. mcccc.xcix. Penul # tima Septembris. # *Fol. 122^b vacat.*

Giesae, B. Un. A Campbellio no. 137 descr. e Serapeo 1852 p. 141.

146.

Basileae, Iac. de Pfortzen, a. 1499. Partes I. II. cum glosa notabili. 112 et 100 foll. s. num., c. sign. aij—yiiij et Aij—Uiij, typi Goth., in 4°.

I. *Fol. 1^a*: Prima pars doctrinalis Alexan # dri cum sententijs : notabilibus : vocabulorū # lucida expollitione : nōnullis annexis argumē # tis cū eorundem replicis : ad nouellorū in grā # matica incipientiū profectum :

cum quibufday # alijs additis p in sciētij aliqualiter puectis. # *Sequitur icon angeli utraque manu clypeum tenentis. Fol. 1^b*: Glosa notabilis # (t) Anquā paruulis Iac # potū dedi vobis etc. *Fol. 112^b*: ¶ Expositio textus : exemplorū pmo partis Alexādrī : equocoꝝ : synonymoꝝ cū # etc., l. 2. inf.: Impressa Ba # silee p Iacobū de Pfortzen. Anno a natiuitate xpi. mcccc.xcix. #

II. *Fol. 1^a*: Glosa notabilis secunde partis # Alexandri cum interlinealib' expositionib' textus eiusdem : planissimis sententijs subiūctis ppulchre ordinatis : questionib' atq; argumētis cum # replicis etc. *Sequitur eadem icon quae supra. Fol. 1^b*: Glosa notabilis # (Q) Uam pulera tabernacula tua # etc. *Fol. 100^a*: Explicit feliciter Secunda pars Alexandri cum glosis metrorum # etc., l. 2. inf.: Impressa Basilee per Iacobū de Pfortzen Anno natiuitatis domi # nice Millesimoquadringentesimo nonagesimono (sic) #. *Fol. 100^b vacat.*

Monachii, B. Reg.; Oeniponte, B. Un. Cf. Hain no. 692 et 719. De typographo vide adnot. ad nr. 139.

147.

Coloniae, Henr. Quentell, a. 1499, d. VII. m. Iulii. Pars II. cum glosa notabili. 114 foll. s. num., c. sign. Aij—Siij, typi Goth., in 4°.

Fol. 1^a: Glosa notabilis secūdo par # tis Alexādrī cū interlinealib' expositionib' text^o eiusdē in pla # nissimis sentētijs. subiūctis ppulchre ordinatis q̄stionib' atq; # argumētis etc. *Deinde sequitur icon xylogr. : magister cum 4 discipulis; supra inscriptio legitur*: Alexander cum # discipulis suis # (cf. nr. 140). *Fol. 1^b*: Glosa notabilis # (q) Uam pulera tabernacula tua Iacob : tentoria tua # etc. *Fol. 114^a*: ¶ Explicit finaliter Sed'n ps Alexandri cū glosis metroꝝ interlinealibus # etc., l. 3. inf.: Impressa # in sancta Colonia p Henricū Quentell circa summū. Anno incarnatio # nis dominice. mcccc.xcix. mensis iulij die septimo. # *Fol. 114^b vacat.*

Vratislaviae, B. Un. Hainio ignot.

148.

Daventriae, Rich. Paeraet, a. 1499. Partes III. IV.

Not. a Panzero IV. p. 288 no. 129^b, Hainio no. 740, Campbellio no. 129.

149.

Sine loco et typogr. nomine (Daventriae, Rich. Paeraet), a. 1500 in prof. praesent. Mariae. Doctrinalis a Iod. Badio Ascensio explanati partes III. IV. 84 foll. s. num., c. sign. Aij—Oiiij, typi Goth., in 4°.

Fol. 1^a: Tercia pars Alexandri # simul cum quarta part eiusdē (sic) # Cum explanatione Ascensiana in multis castigata # etc. *Fol. 1^b*: De grecarū dictionū orthographia. # *Fol. 83^b*: ¶ Finit doctrinalis Alexandri diligentissime ex # planati : et aucti : vt in frontibus premissum est # Impressa autem est hec pars opera : accuratone # Anno dñi. mcccc. in profesto presen # tati # onis Mariae #. *Fol. 84 vacat.*

Daventriae B. Ur. Cf. Campbell no. 133; Ledeboer, Notices bibliographiques des livres imprimés avant 1525 conservés dans la bibl. publ. de Deceeter (Dev. 1867) p. 56.

150.

Metis, Casp. Hochfeder, a. 1500. Partes I.—IV. cum glossa notabili. 130 et 124 et 52 foll. s. num., c. sign. a₂—riij et A₃—Q₃ et aij—g, typi Goth., in 4^o.

I. *Fol. 1^a*: Prima pars doctrinalis Alexandri cum sententijs notabilibus et vocabulorum lucida expositione et nonnullisq; annexis argumentis. Impressum Metis. (*Titulus exscriptus est litteris grandissimis, quae missales vocari solent.*) *Fol. 1^b vacat.* *Fol. 2^a*: Prologus in Alexandrum. () Anquā parvulis ut hae po et tū dedi vobis etc. *Fol. 130^a*: Expositio exemplorū textus prime partis Alexandri equivoconū et synonymorū etc.; l. 2. inf.: Impressum p Casparū Hochfeder et in Nobili ciuitate Meten. Anno dni. MCCCC. qntadecima mensis Fe- et bruarij. *Fol. 130^b vacat.*

II. *Fol. 1^a*: Glossa notabilis secūde partis Alexandri cū interliniaribus expo et sitionibus textus eiusdē in planis et lineis sentētijs subiunctis pulchre et ordinatis quæstionib; atq; argu et mētis etc. (*Titulus eosdem typos grandissimos exhibet, quos partis I. titulus.*) *Fol. 1^b vacat.* *Fol. 2^a*: Glossa notabilis. () Uam pulera tabernacu et la tam etc. *Fol. 124^a*: Explicit feliciter Secunda pars Alexandri cū glossis metroq; interliniaribus etc.; l. 2. inf.: Impressa in nobili ciuitate Meten. Anno et incarnationis dnice. MCCCC. XXVIJ. die mensis Martij. *Fol. 124^b vacat.*

III. IV^a. *Fol. 1^a*: Tercia et quarta partes doctrinalis magistri alexandri cū commento valde vtili textus dante intelligentiam sumariam. Quarum tertia doctet de quantitate syllabarum Quarta vero de accentuatione cum nouis quibusdā sententiarum additionibus. (*Titulus grandissimis litteris exscriptus est.*) Sequitur icon xylogr. exemplari agglutinata Iesus infantem repraesentans; supra legitur: Ich Jhus klar Ich wünsch euch Allen ein guts selige neus Jar. *Fol. 1^b*: Prohemium. () Elia sunt vbera tua vino fragrantia vngētis optimis. etc. *Fol. 52^a*: Alexandri grammatici due partes. Tercia videlicet et quarta finiunt feliciter. *Fol. 52^b vacat.*

III. IV^b. *Fol. 1^a*: Tertia et Quarta partes doctrinalis magistri Alexandri cū commento valde vtili textus dante intelligentiam sumariam. Qua cum tertia docet de quantitate syllabarum. Quarta vero de accentuatione cum nouis quibusdā sententiarum additionibus. (*Typi iidem sunt ac supra.*) *Fol. 1^b*: () Elia sunt vbera tua vino fragrantia vngētis optimis. Cū etc. *Fol. ult^a*: Alexandri grammatici due partes. Tercia videlicet et Quarta finiunt feliciter. Deo gracias. *Fol. ult^b vacat.*

Monachii, B. Reg. (I. II. III. IV^a. et I. II. III. IV^b. singg. voll. comprh. [III. IV^b. mutil.]); Londinii, Mus. Br. (I. II. III. IV^b. uno vol. comprh.); Heidelbergae, B. Un. (I. mutil.). Cf. Hain no. 695. 721. 725. III. IV^b. Hainio ignot. De typographo vide adnot. ad nr. 122.

151.

Coloniae, Henr. Quentell, a. 1500, d. XIV. m. Aug. Partes I. II. cum glosa notabili. ? foll. s. num., c. sign., typi Goth., in 4^o.

I. Pars prima cum sententiis notabilibus et vocabulorum lucida expositione etc. Coloniae per Henricum Quentell, 1500.

II. *Fol. 1^a*: Glosa notabilis secunde par^{te} *lis* Alexandri cum interlinialibus expositionibus textus eiusdem in *planissimis* sententijs etc. *Sequitur icon xylogr.*: *magistrum cum discipulis repraesentans. Fol. ult.^a*: Impressum in sancta Colonia per Henricum Quentell circa summum. Anno in *carneacionis dominice* M.CCCCC. Mensis Augusti die XIII. *Fol. ult.^b vacat.*

De parte I. cf. Hain no. 694. Pars II., cuius exemplar Detmoldae in B. Prov. asservatur, Hainio ignota est.

152.

Brixiae, Iac. Britannicus, a. 1500, d. XXVI. m. Aug. Doctrinale cum commento [Ludovici de Guaschis]. 82 foll. s. num., c. sign. aii—lii, typi Rom. (in textu) et Goth. (in comment.), in 4^o.

Fol. 1^a: Doctrinale cum *commento*. *Opus alexandri grammatici pro eruditione pue^{re} rorum Incipit. Ille liber diuiditur in tres libros etc.* *Fol. 2^a*: *Scribere clericulis paro doctrinale nouellis Quia textus est planus non indiget explanatione. Sed tamen pro forma etc.* *Fol. 39^a*: *Hic iubet ordo libri uocū reginū referari.* *Fol. 52^a*: *Pandere ppositui p uersus syllaba queqz.* *Fol. 82*: *Impressit hoc utile opus Alexādrī grāmāticī fū^o mo studio et diligētia Iacob^o Britanic^o civis In^o alma civitate Brixie die XXVI. Augusti. M.CCCCC. Registrum a b c d e f g h i k l omnes sunt quaterni preter h qui est duernus.*

Tridentī, B. Ur. Hainio ignot. — Iacobus Britannicus ab a. 1484 Brixiae artem typogr. professus est. Cf. Hain-Burger p. 50 sq. Cuius viri liberi aut nepotes in illa urbe recentissimas Doctrinalis editiones paraverunt. Vide nr. 262--266.

153.

Parisiis, Andreas Bocardus, a. 1500—1501. Partes I.—III. cum explanationibus Ioannis Synthen et annotationibus Iodoci Badii Ascensii. 4 foll. s. num., + *Fol. II—CXXXVIII = 142 foll.* et *Fol. II—CII et 88 foll. s. num., c. sign. a—fiiij et Aij—Niiij et aaij—mmiij, typi Goth., in 4^o.*

I. *Fol. 1^a*: *Doctrinalis magi^{stri} Alexādrī de villa dei pars p^{ri}a ab Iohāne Synthenio cum ānota^{ti}onibus Afoensianis diligēter ex^o planata. Sequitur insigne typogr. cum monogrammate et subscriptione librarii: IESIAN. PETIT. Fol. 1^b*: *Iodocus Badius Ascensius Religiosis admodū et cum^o primis eruditis patribus Egidio ghijs et Andree terrebur^o go scholasticorum domus frat^{rum} diui Hieronymi Gandani^o rectoribus et preceptoribus optimis: ceterisqz eiusdem do^{ct}us mus venerandis columnibus Salutem etc.; subscript.* *Ex officina nostra litteraria Parrhisijs ad. xv. calendis septembris. Anno M.CCCCC. Fol. 2^a*: *Proemiū doctrinalis magist^{ri} alexādrī. (S)Cribere clericulis paro doctrinale nouellis. Fol. CXXXVij^a:*

¶ Finis glossematum Ioannis Synthenii mille locis # antea deprauatorum aut errore auctoris a vero ab # horrentium; nunc vero summa accuratione castigatoꝝ cum annotationibus athenianis; impressoꝝ qꝫ diligen # tissimo ab optimo calceographo magistro Andrea Bo # cardo in illustrissimo parvulorum gymnasio Anno # M.CCCCC. Ad VI. calendas nouembꝛis. # Fol. CXXXVij^b vacat.

II. Fol. 1^a: Secūda pars Do # ctrinalis cū declarationibus Io # annis Synthen Et additionibus # Iodoci Badii Afcensii. # Sequitur idem insigne ac supra. Fol. 1^b vacat. Fol. II: ¶ Iohānis Synthenii grammatici in secundam Alexandri # partem vtilissima lucubratio cum athenianis additionibus # castigatus impressa. # ¶ Incipit prologus #. Fol. Cij^b: ¶ Finiunt glossemata Iohannis Synthenii # in Alexandri secundā partem diligētius ea # # ligata et annotata. Impressa solerti opera # et gnanitate Magistri Andree Bocardi # in # telyto parvulorū gymnasio: hoc iubileo, xxx. # Ad sextam Calendas Decembris #.

III^a. Fol. 1^a: Tertia pars doctri # nalis Alexandri hec tria cōtinēs capita # De versificatoria # syllabarū quātitate. # De profodia accentuūqꝫ ratione. # De figuris et dicendi tropis. # Ab Iodoco Badio Afcēfio diligēter explanata # multis annotationibus aucta #. Sequitur idem insigne ac supra. Fol. 60^b: Et hec in alexandrum #. Sequuntur quaedam commentariola Iodoci Badii. Finis deest.

III^b. Fol. 1^a: Tertia pars doctrin # lis Alexandri hec tria cōtinēs capita. # De versificatoria et syllabarū quātitate. # De profodia accentuūqꝫ ratione. # De figuris et dicendi tropis. # Ab Iodoco Badio Afcensio diligēter explanata # ta et multis annotationibus aucta. # Sequitur idem insigne ac supra. Fol. 1^b: Iodocus Badius Afcēfius Iohanni de Thalaru # et Antonio dars canonico diui Iohānis lugdunē etc.; subscript.: Ex officina no # stra litteraria etc. mille # simo quingentesimo primo. Fol. 88^b: ¶ Habes igitur pubes studiosa Doctri # nale explanatum ad sūmum vsqꝫ quan # ta maxima datum est accuratione. Si # qua oberrata offendes castigato. Im # # pressioni autem extremam manū impo # suit diligentissimus calceographus Ma # gister Andreas bocardus ad id^o Iunias. # M.CCCCC. # ¶ Den sint gratie. #

Quedlinburgi, B. Gym., (I. II. III^b); Parisiis, B. Maz. (I. [titulus deest] II. III^a). Hainio ignot. — Andreas Bocardus a. c. 1494 Parisiis officium instituerat. Cf. Hain-Burger p. 40.

154.

Sine loco et typographi nomine (Daventriae, Rich. Passraet), a. 1500. Wilhelmi Zenders de Werdt opus minus II. partis. 122 foll. s. num., c. sign. Aij—Uiiij, typi Goth., in 4^o.

Fol. 1^a: Opus minus se # cūde partis Alexandri in # # troductoria ad opus # maius eiusdem perutile. # Fol. 1^b: Prohemium # () Irea principium partis secundae Alexandri Querit primo # etc. Fol. 3^a: Hic iubet ordo libri vocum regimen referari #. Fol. 122^a: ¶ Pūf dei gratia opus minus. Secunde ptis Alexandri (sic) pro # pueris clare breuiterqꝫ instructis. per Guilhelum zenders de # werdt collectū (sic) Et q̄ illic

breuitatis gratia. ne pueris fastidium # ex # plicitate generet omissa sunt. in opore maiori cū plurimis # elegātijis # questionib⁹ seitu dignis in scholis disputādis. ar # gumētis # replicis annexis (sic) vt in logica Petri hispani fecim⁹; colligātur # absoluantur feliciter. Anno dñi. M.CCCCC. # Fol. 122^b vacat.

Monachii, B. Reg.; Londinii, Mus. Br.; Mailingae, B. Princ. Cf. Hain no. 769. — Typi Richardi Passraet Dautentriensis esse videntur.

155.

Parisiis, Bertholdus Renbolt, a. 1500. Doctrinale cum Facini Tibergae interpretatione. 126 foll. s. num., c. sign., typi Goth., in 4^o.

Fol. 1^a: Facini Tibergae In # Alexandrū Interpretatio. # Sequitur icon xylogr.: duo leones insigne typographi cum monogrammate portantes; infra: M. RENBOLT. Fol. 1^b: Facini Tibergae in alexandrū interpretatio. Ex pri # scinio ad illu. Iudouicū marchionē salutiarum. # Fol. 2^a, l. 9.: (f) Gribero clericulis paro doctrinale nouellis #. Fol. 59^b: (H) Ie iuby ordo librinoꝝ (sic) regimē referari #. Fol. 80^b: (P) Andero. pposui p vers^o syllaba queqꝫ #. Fol. 126^a: Facini. Tibergae in Alexandrum expositio a Paulo. Mal # leolo denuo exacte recognita: p industriarum. Chalcographū # Bertoldū Renbolt. Parisiis in vico Sorbone impressa: finem # sortita est foelicem Tertio kalēdas Iunias. Anno christi Mil # lesimo Quingentesimo. # Fol. 126^b vacat.

Friburgi Brisg., B. Un.; Parisiis, B. Nat. Hainio ignot. — De Bertholdo Renbolt Argentimensi, Ulrici Geringii socio, cf. adnot. ad nr. 21 et Hain-Burger p. 117 sq.

156.

Norimbergae, Hieron. Hoizel de Traunstein, anno 1500. Partes I.—IV. cum glosa notabili. 104 et 94 et 36 foll. s. num., c. sign. aij—nij, et aij (sic)—Miiij et aaij—ceiiij, typi Goth., in 4^o.

I. Fol. 1^a: Prima pars doctrinalis Alexandri cū sentē # tijs notabilibus et vocabulorū lucida ex # # postide nonnulliqꝫ annexis argumentis. # Sequitur icon xylogr.: magister virgam manu tenens, ante eum 9 discipuli. Fol. 1^b: icon: Christus in cruce; ante eum vir quidam sanctus, ad cuius pedes iacet leo. Fol. 2^a: Prologus # () Anqꝫ parvulis lac vobis potum # dedi etc. Fol. 104^a (a rubricatore sign. 108): Expositio exemplorū textus prime partis Alexandri equiuocorū # sy # nonomorū etc., l. 2. inf.: Impressa per Hiero # nimū Holezel de Traunstein. In famosa ciuitate Nurembergēsi. An # no salutis Millesimo quingentesimo. # Fol. 104^b vacat.

II. Fol. 1^a: Glosa notabilis secunde partis Alexan # dri cum interlinearibus expositionibus textus eiusdem in planiffis # mis sententijs subiunctis ppulchre ordinatis questionibus atqꝫ # argumentis etc. Fol. 1^b: Prohemium in secundam # fol. 2^a: partem Alexandri #. Fol. 94^a: Explicet; feliciter Secūda pars Alexandri cū glosis metrorū interlinealib⁹ pla # nissimiqꝫ etc., l. 2. inf.: per Hieronimū Holezel impressa in famosa ciuitate Nurembergēsi. Anno incar # nationis dominice. M.CCCCC. # Fol. 94^b vacat.

III. IV. Fol. 1^a: Tercia et quarta partes doctrinalis magistri # Alexandri cum commento valde vtili textus dante intelligentiam sum-

ma: # riam. Quarum tertia docet de quantitate syllabarum, quarta # de accentu: # tuatione cum nouis quibusdam sententiarum additionibus. # *Sequitur eadem icon atque in l. Fol. 1^b: Prohemium # ()* Elia sunt vbera tua vino fragrantia vnguentis optimis Canti. j. # *Fol. 36^a: Alexandri grāmatici duo partes, tertia vitz; quarta finit feliciter (sic) # Impfse Nurnbergo p hieronimū holzel de Traunstein Anno. 1500 #. Fol. 36^b vacat.*

Monachii, B. Reg. Cf. Hain no. 673. 722. 742. — De Hieronymi Holzel sive Holzel de Traunstein typographi Norimbergensis operibus usque ad a. 1500 editis vide Hainium-Burgerum p. 142.

157.

Norimbergae, Ant. Koberger, a. 1500. Partes I.—IV. cum glosa notabili. 103 et 94 et 38 foll. s. num., c. sign. A₂—N₄ et a₂—m₃ et aa₂—ee₃, typi Goth., in 4^o.

I. *Fol. 1^a: Prima pars doctrinalis Alexandri cum sententijs notabilibus; vocabulorū lucida expōitōne nōnul # litzj annexis argumentis. # Fol. 2^a: Prologus # ()* Anquā paruulis vt lac potū de # di vobis etc. *Fol. 103^b: Expōitio exemplorū textus prime partis Alexandri equiuocorū # ty- # nonomorū etc., l. 3. inf.: Impressa per An # thoniū Koberger in famosa ciuitate Nurembergensi. Anno salutis # Millefimo quingentesimo #.*

II. *Fol. 1^a: Glosa notabilis secūde partis # alexandri cum interliniaribus expōitionibus textus eius # dem in planissimis sententijs subiectis, perpulere ordinatis # questionibus atq; argumentis cum replicis contra eorūde # solutiones, etc. Fol. 1^b: Prohemii in secūdam # fol. 2^a: partem Alexandri. Fol. 94^a: Explicit feliciter Secūda ps Alexandri cum glosis metroꝝ interlinealibus # etc., l. 2. inf.: per Anthoniū koberger impfssa. in famosa ciuitate Nurembergensi. # Anno incarnationis dominice. MCCCCC. # Fol. 94^b vacat.*

III, IV. *Fol. 1^a: Tercia et quarta partes # doctrinalis magistri Alexandri cum comē # to valde vtili textus dante intelligentiam # summariam. Quarū tertia docet de quā # titate syllabarū, quarta vero de accentu: # tione cum nouis quibusdā sententiarū ad # ditionibus. # Fol. 1^b: Prohemium # ()* Elia sunt vbera tua vino fragrantia vngentis optimis etc. *Fol. 38^a: Alexandri grāmatici duo ptes: tertia vitz et quarta finit # feliciter. Impresse per Anthoniū koberger. Anno. 1500. # Fol. 38^b vacat.*

Mediceae, B. Coen. Partes I. et II. Hainio ignot.; partes III. IV. not. no. 741.

158.

Lipsiae, Baccalarius Wolfgangus de Monaco, impensis Ioannis Haller Cracoviensis, a. 1500. Pars II. cum commentario Ioannis Glogoviensis. Sign. a—q, typi Goth., in 4^o.

Fol. 1^a: Alexandri Gallici, quem plurimi ordinis minorum et sacrae pugina professorum excellentissimum kathalogoque factorum inscriptum allemant, secūda pars doctrinalis sui de artificiosa dictionum constructione ordine et regimine. Lyptzk 1500. Fol. 1^b: Artis grammaticae precepta Alexander ille Gallicus, quem plurimi et despectum et abiiciendum somp-

niant etc. Ego Magister Ioh. Glogoviensis almo florentissimeque Universitatis studii Cracoviensis Maioris Collegii artistarum Collegiatus, pro laude Dei, gloria famaeque Universitatis nostrae et pro iuniorum studentium institutione questionēs etc. recolligere institui. Impressum autem est hoc opus ad impensas optimi humanissimique viri domini Iohannis Haller Civis Cracoviensis, virorum doctorum fautoris excellentissimi. An. 1500.

Cf. Wiszniewski Mich., Historia literatury polskiej. Tom. III. Krakow, 1841, p. 302. Hainio ignot. — Wolfgangus Stoeckel sive Steckel, baccalaureus Erfordiensis et civis Lipsiensis, ab a. 1495 in hac urbe arti typographicae operam dedit. Cf. Hain-Burger p. 316. De Ioune Haller librario vide adnot. ad nr. 184 et 223.

159.

Lipsiae, Melchior Lotter, a. 1500. Partes I.—IV. (pars II. desideratur) cum glosa notabili. 126 et ? et 44 foll. c. sign. A—X et ? et Aij—Giiij, typi Goth., in 4^o.

I. *Fol. 1^a: Prima pars doctrinalis Alexandri cū # sentencijs, notabilibus, # vocabulorū lucida expōitōne, nōnullisq; annexis argumentis cum eorūde # replicis, terminationū quoq; finalū, declinationū seꝝ # ac coniugationū, in foliorū marginib⁹ nouiter ad no # uellorū in grāmatica incipientiū pfectā adiectis. cū # quibusdā alijs additis, p in sciētijs aliq̃liter pfectis. # Sequitur icon xylogr.: magister cum 2 discipulis; supra lemma: inscripta sunt haec: Accipies tāti doctoris dogmata functi #. Fol. 1^b: ()* Anquam paruulis vt # lac etc. *Fol. 2^a: Doctrinalis alexandri. # Queritur, qualis fuit grāmaticae sciētie inuentor, etc. Fol. 126^b: Expōitio textus et exemplorū primo partis Alexandri etc., l. 2. inf.: Explicit feliciter Impressa per Melchiar (sic) lotter Anno a natui # tate christi Millefimo quingentesimo. #*

III, IV. *Fol. 1^a: Tertia et quarta # ptes doctrinalis mgri Alexandri # cū omēto valde vtili: text⁹ dāte # intelligentiā summariā. Quāq; # tertia docet de quātitate syllabarū # rū Quarta vero de accentu: # tione. # Sequitur eadem icon ac supra. Fol. 1^b: ()* Elia sunt vbera tua vino fragrantia vngentis optimis Canti # corū. j. etc. *Fol. 44^a: Alexandri grāmatici quattuor partes seꝝ pma secūda ter # tia et quarta cū breui ac vtili expōitione finit feliciter. # Impresse Liptzk p Melchiorē Lotter. Anno xpianissimi # partus. Millefimoquingentesimo. (sic) # Fol. 44^b vacat.*

Lenae, B. Un. (I.); Gottingae, B. Un. (III. IV.). Hainio ignot.

160.

Lipsiae, Melch. Lotter, a. 1500. Partium I. II. textus cum glosa interlineali etc. 46 foll. s. num., c. sign., typi Goth., in 4^o.

Fol. 1^a: Alexandri prime # et secūde ptis textus cū glo # sa interliniali, atq; ppuleris # annotatis, optime emendat⁹. # Fol. 1^b vacat. Fol. 2^a: Prohemii pme ptis alexandri #. Fol. 46^b: Cōmentarios hosce in duas # Alexan # dri grāmatici partes. Melchior Lot # ter diligenter Liptzk impressit Anno # salutis Quingentesimo. #

Bibliothecae, in qua exemplar inspexi, nomen me praeteriit. Hain. ignot.

161.

Coloniae, Henr. Quentell, sine anno (c. a. 1500). [Timanni Kemeneri] de arte grammatica quatuor partium Alexandri medulla aurea. 246 foll. s. num., c. sign., typi Goth., in 4^o.

Cf. Panzer I. p. 340 n. 170; Main no. 727; Holtrop II. 276, qui quidem falso opinatus est librum a. 1487—1490 editum esse. Cf. adnot. ad nr. 162.

162.

Sine loco, typogr. nomine et anno (Daventriae, Rich. Pallract, c. a. 1500). [Timanni Kemeneri] de arte grammatica quatuor partium Alexandri medulla aurea. Partes I. II. 156 et 56 foll. s. num., c. sign. aij—iij et aij—kij, typi Goth., in 4^o.

I. *Fol. 1^a*: De arte grammatica quatuor # partium (sic) Alexandri medulla # aurea jam emendata : verissimorum vocabulorum # interpretatione adaucta etc. *Fol. 1^b*: Ad iuventutē litterarum studiosam Ioannis Mur- # mellij ruremundēsis in aureā medullarū epigramma. # *Sequuntur 6 disticha.* *Fol. 2^a*: ¶ Timānus Kemenerus vernensis lřarij ludi mōa- # storiēsis vestualie ingr: bonarū lřarū studiosis. S. D. # *Fol. 4^a*: (S) Cribero clericul' paro doctrinale nouoil' # etc. *Fol. 151^b, l. 14*: Finis istius Primo partis # siue Medulle Auree. # *Foll. 155 et 156 vacant.*

II. *Fol. 1^a*: Medulla aurea in dialin # lecticam Alexandri jam emendata : et faciliori # disposita ordine : cum multis alijs notabilibus # in priori medulla omissa. (sic?) # *Fol. 1^b vacat.* *Fol. 2^a*: ¶ Epistola in regiminum vires # modofqj significandi #. *Fol. 56^a*: ¶ Finis secunde partis #. *Fol. 56^b vacat.*

Cf. Campbell no. 1071 et 1072. Editio quam Campbellius a. c. 1498 confectam esse vult, ante a. 1500 cadere non potest, quoniam Timannus Kemenerus hoc ipso anno 'gymnasiarcha', ut in Marmellii epigrammate appellatur, factus est (cf. Reichling, Joh. Marmellius p. 32); neque posteriori anno adscribenda est, quia a. 1501 'Medulla denno castigata' in lucem edita est (cf. nr. 167).

163.

Daventriae, Iac. de Breda, a. 1501. Wilhelmi Zenders de Werdt opus minus II. partis. 102 foll. s. num., c. sign. Aij—Rijj, typi Goth., in 4^o.

Fol. 1^a: Opus minus fo: # cūde partis Alexandri in: # troductoria ad opus # maius eiusdem # poratile. # *Fol. 1^b*: Prohemium # (C) Irea principium partis secūde Alexandri Querit primo #. *Fol. 2^b*: ¶ Explicit Prologus #. *Fol. 3^a*: (H) Ie iubet ordo libri vocum regimen reformari #. *Fol. 101^b*: ¶ Pinitur dei gratia opus minus sed'e partis # Alexandri p pueris clare breuiterqj instituēdis. # per Wilhelmu zenders de werdt collectū Et que # illie breuitatis grā. ne pueris fastidiū ex plixita: # te generef. omissa sunt. in opere maiori cū pluri # mis elegātij: # questionibus selectū

dignis in scho || lis disputandis. argumētis ⁊ replicis annexis. || vt in logica Petri hispani fecimus. colligūtur et || absolūtur. Impressum dauentrię per mo Iaco || bum de Breda. Anno domini. M.CCCGCI. || vndecima mensis Februarij. || *Fol. 102 vacat.*

Luneburgi, B. Ur.

164.

Venetis, Lazarus de Soardis, a. 1501. Doctrinale cum commento [Ludovici de Guaschis]. 66 foll. s. num., c. sign. A₂—H₆, typi Goth. (exceptis 2 ult. lineis subscriptionis), in 4^o.

Fol. 1^a: Doctrinale cum comento. (*sic*) || *Fol. 1^b vacat.* *Fol. 2^a:* ¶ Opus alexandri grammatici pro eruditione puerorum Incipit. || ¶ Iste liber diuiditur in tres libros partiales. In quoruꝝ primo Alexander tractat d' ethymo || logia etc. *Fol. 65^b, l. 6. inf.:* ¶ Doctrinale Alexandri grāmatici pro eruditione puerorum feliciter explicet. || Venetijs per Lazarum de Soardis. || MCGGCI. die. XV. Iulij. || Cum priuilegio. || Laus summo regi dicatur uocibus oris : || Quod iam non cesset merces condigna laboris. || *Fol. 66^a:* Ad Lectorem ||. *Sequuntur 3 disticha; deinde FINIS. et insigne typographi.* *Fol. 66^b vacat.*

Romae, B. Angelica; Senae Iuliae, B. Ur.; Vindobonae, B. Coen. Schotten; Veronae, B. Ur. — Lazarus de Soardis sive de Isoardis, ortus Suviliani, in urbe Langobardiae, qui ab a. c. 1490 Venetiis prelium constituit, praestantioribus Itatorum typographis adnumerandus est. De operibus, quae usque ad finem illius saeculi ex officina eius exierunt, cf. Hain-Burger p. 153.

165.

Argentinæ, sine typogr. nomine, a. 1501. Partes I.—IV. cum glosa notabili. 135 et 124 et 47 foll. s. num., c. sign. a₂—z₄ et A₂—U₆ et aa₂—hh₄, typi Goth., in 4^o.

I. *Fol. 1^a:* PRima pars doctrinalis || magistri Alexandri cum sententijs. notabili ⁊ bus. ⁊ vocabulorum lucida expositiōe. non ⁊ nullisq; annexis argumentis cum eorundem || replicis etc. *Sequitur icon magistri cum 4 discipulis.* *Fol. 1^b:* Glosa notabilis ||. *Fol. 135^a:* Expositio textus et exemplorū prime partis magistri Alexander (*sic*) || etc., l. 2. inf.: Explicit feliciter. Impressa Argentine anno domini || M. d. j. Finita circa festum sancti Gregorij pape. || *Fol. 135^b vacat.*

II. *Fol. 1^a:* GLosa notabilis secunde || partis Alexādri cū interlinealib' expositio || nib' text^o eiūdē in planissimis sententijs. || subiūctis pupulor' ordinatis q̄stionib' atq; || argumētis etc. *Sequitur eadem icon ac supra.* *Fol. 1^b:* Glosa notabilis ||. *Fol. 124^a:* ¶ Explicit finaliter fed'a p^a Alexandri cū glosa (*sic*) metroꝝ intorli- || nialib' etc., l. 2. inf.: Imp̃ssa Argentine || Anno rē M. d. j. Finita circa festū Gregorij pape. || *Fol. 124^b vacat.*

III. IV. *Fol. 1^a:* TERTia ⁊ quarta partes do ⁊ || etrinalls magistri Alexandri cū cōmento val ⁊ || de vtili textus dante intelligentiaꝝ. sum- mari ⁊ || am. Quaruꝝ tertia docet de quantitate syllā ⁊ || barum. Quarta vero de accentuatione cū no || uis quibuscūq; sententiarum additionibus. ||

Sequitur eadem icon ac supra. Fol. 1^b: Prohemium #. Fol. 47^a, l. ult.: Vel magis ignota. die alchitrop esse euillam #. Fol. 47^b vacat.

Giessae, B. Un. (I. II. III. IV. uno vol. compreh.); Araugiae, B. Prov. (I. II.).

166.

Daventriae, Iac. de Breda, a. 1501, in prof. Matthaei apost. Pars I. cum glosa Ioannis Synthen. 131 foll. s. num., c. sign. aij—yiiij, typi Goth., in 4^o.

Fol. 1^a: Glosa prime partis Alexā # dri Ioannis Synthen #. Fol. 1^b vacat. Fol. 2^a: Glosa prime # () Cribere clericulis paro doctrinale # nouellis #. Fol. 131^a: ¶ Finit super Prima parte doctri- # nalis Alexā dri honorabil' viri Ioānis # synthen copulata Dauentrie sum- # ma diligētia nouiter emendata. Im # pressa p me Iacobū de Breda. Anno dni. MCCCCCj. in # pfecto Matthaei apl'i #. Fol. 131^b vacat.

Giessae, B. Un.; Lipsiae, B. Un.; Vratislaviae, B. Un.

167.

Coloniae, Io. Koelhoff, a. 1501. [Timanni Kemeneri] de arte grammatica quatuor partium Alexandri medulla aurea. Pars I. c. sign. Aij—ciij; partibus II. et III. desunt compluria folia in eo exemplari, quod inspicere licuit; typi Goth., in 4^o.

I. *Fol. 1^a: Medulla aurea de # arte grammatica quatuor partium # Alexandri, de mendis incuria Iur- # pressorū admixtis iā denuo castigata # et interpretatiōe vocabulorū verissima adaucta. # precipue eorū in quibus lingua latina apud Ger- # manos longo tempore defecit. Que si diligenti re # uolueris animo quicquid hactenus barbarizanti # um more eructasti iam lingua latina exprimes. # non minus mature q̄ lepide #. Fol. 1^b: De titulo # utilitate presentis libri. # Ad Iuuentutem. litterarū studiosam # Ioannis Marmellii Ruremūden- # sis in aureā medullā Epigramma. # Sequuntur 6 disticha. Fol. 2^a: Proemiū in Medullā aureā # Timānus kemenerus vernēsis lit- # terarij Indi Monasteriensium Westphalie magi- # ster. bonarū litterarū studiosis. S. d. # Fol. ult.^a: Finit istius Prime ptis suae Medullae Aureae impressae in Alma # vniuersitate Colon. p me Ioannem Koelhoff Anno. MCCCCj. ac. # Fol. ult.^b: insigne typographi.*

II. *Fol. 1^a: Medulla aurea in # Dialinteticam Alexandri iam emendata. # fa # ciliiori disposita ordine cum mult' aliis notabi # libus. in priori medulla omiſsis. # In fine mutila.*

III. IV. *Fol. 1^a (titulus) deest. Fol. 2^a: Commendatio artis poeticae # () Oeticiā primā phāz p̄ficos # celebrantes etc. Fol. 3^a (c. sign. Aij), l. 12.: ¶ Sequitur Textus # () Andere propofui p uerſus ſyllaba queq; # etc. In fine mutila.*

Friburgi Brisg., B. Un. (I.—III. uno vol. compreh.); Vindobonae, B. Coen. Schotten (I.). De typographo vide adnot. ad nr. 116.

168.

Sine loco et typogr. nomine (Coloniae, Io. Koelhoff), a. 1501. [Timanni Kemeneri] medulla aurea in III. partem et IV. pars cum accentuum et figurarum grammat. descriptionibus. 52 et 30 foll. s. num., c. sign. Aij—liij et Aij—liij, typi Goth., in 4^o.

III. *Fol. 1^a: Medulla Aurea in # Tercia ptem Alexā # dri. ex verissimis atq; pbatissimis iū aneto # rā edita script. Quā facile quisq; bonarū nr- # tium studiosus: metri dignitatē syllabarūq; # quātitatem offendet q̄j verissime. # Sequitur icon xylogr. cum inscriptione: Sancta barbara. Fol. 1^b: ¶ In diuinam (P) Oeticiā ante ceteras artes inuentā # Ad lectorem Epigramma. # Fol. 2^a: Commendatio artis poeticae # Poeticam primā phāz # p̄ficos celebrantes etc. Fol. 52^a: ¶ Finit tertia pars Alexandri # de quantitate syllabarū cū com- # mentarijs ex diuersis dictis po- # etarum # p̄ficos nouissimorum nouiter deductis. # Fol. 52^b: icon xylogr.: Maria diadema capite gerens et Anna mater, quae Iesum infantem manu ducant.*

IV. *Fol. 1^a: Quarta pars Alexandri cū ve- # rissimis # accentuum # figurarū grāmaticaliū descriptio- # nibus Coloq; rhetoricoq; annexibus. # Sequitur eadem icon ac supra, sed aliter marginata. Fol. 1^b vacat. Fol. 2^a: Commendatio Proſodie. # Fol. 30^b, l. 2. inf.: Finit Anno incarnatiōis Millesimo quingē # tesimo primo Natiuitat' Iohannis baptiste. #*

Dusseldorpij, B. Prov. (partis III. ultimum fol. deest); Bonnae, B. Un. (partis III. titulus deest). — De loco et typographo cf. nr. 172.

169.

Norimbergae, Ant. Koberger, a. 1501. Partes I.—IV. cum glosa notabili. 103 et 94 et 38 foll. s. num., c. sign., typi Goth., in 4^o.

I. *Fol. 1 (titulus) deest unico, quod nobis innotuit, exemplari. Fol. 2^a: Prologus # () Anquā paruulis hac vobis potū dedi etc. Fol. 3^a: Scribere clericulis etc. Fol. 103^a: Expositio exemplorū textus prime partis Alexandri equocoq; et syno # nomoq; etc., l. 3. inf.: Impressa per Antoniū ko # berger. In famosa ciuitate Nurembergenſi. Anno salutis Millesimo # quingentesimoprimo. (sic) # Fol. 103^b vacat.*

II. *Fol. 1^a: Glosa notabilis secunde partis Ale # xandri cum interlinearibus expositionibus etc. Fol. 1^b: Prohemium in secundam fol. 2^a: partem Alexandri. Fol. 4^a: Ille iubet ordo libri etc. Fol. 94^a: Explicit feliciter Secunda pars alexandri cū glosis metroq; interlinearib' pla # nissimisq; etc., l. 2. inf.: Impressa p Anthoniū koberger. in famosa ciuitate Nurembergenſi. Anno incar # nationis dnice. MCCCCI. # Fol. 94^b vacat.*

III. IV. *Fol. 1^a: Tercia et quarta partes doctri- # nalis magistri Alexandri cū cōmento valde vtili tex # tus dante intelligentiā sumariā. Quarū tertia do # cet de quantitate syllabarū. Quarta # de accentu # tione cū nouis q̄huldā sententiarū additiōibus #. Sequitur icon xylogr. magistrum cum 2 discipulis repraesentans; supra in lemnisco legitur emblema: Accipies tanti doctoris dogmata sancta. Fol. 1^b: Prohemium # (m) Elia sunt vbera tua vino fragrantia etc. Fol. 38^a: Alexā dri grāmatici due*

ptos. tertia vicy : q̄rta liniāt feliciter. Imp̄sse # Nurnberge p̄ Anthoni Koberger. Anno dñi. M.CCC.CCI. # *Fol. 38^b vacat.*

Mithingae, B. Princ.

170.

Basileae, Jac. de Pfortzen, a. 1501. Partes I. II. cum glosa notabili. 112 et 100 foll. s. num., c. sign. aij—yiiij et Aij—Uiij, typi Goth., in 4^o.

I. *Fol. 1^a*: Prima pars doctrinalis Alexan # dri cum sententijs : notabilibus et vocabulorū # lucida expositione : nonnullis annexis argumē- # tis eū eorundem rep̄icis : ad nouelloz in grā # matia incipientiū profectum cum quibsdā # alijs additis p̄ in sciētijs aliquantulū p̄uectis. # *Sequitur icon xylogr. : angelus utraque manu clypeum tenens. Fol. 1^b*: Glosa notabilis # (t) Anquā paruulis hoc # potū dedi vobis etc. *Fol. 112^b*: Expositio textus : exēploz p̄mo ptis Alexandri : equuocoz synonymoz eū dif- # etc., l. 2. inf. : Imp̄ssa Basilee # p̄ magistrū Iacobū de pfortzen. Anno a natiuitate xpi. M.CCC.CCI. #

II. *Fol. 1^a*: Glosa notabilis secunde partis # Alexandri cum interlinealibus expositionibus textus eiusdem in planissimis # sententijs subiunctis per pulchre (sic) ordinatis : questionibus argumentis eū repli- # eis cōtra eorundē solutiones. etc. *Deinde sequitur eadem icon ac supra. Fol. 1^b*: Glosa notabilis # (q) Uampulera (sic) tabernacula tua # etc. *Fol. 100^a*: ¶ Explicit feliciter Secūda pars Alexandri eū glosis metroz inter- # lineariū : etc., l. 2. inf. : Imp̄ressa Basilee per magistrū Ia- # cobum de Pfortzen. Anno natiuitatis dominice. M.CCC.CCI. # *Fol. 100^b vacat.*

Monachii, B. Reg. (2 exempl.) — De typographo eide adnot. ad nr. 139.

170*.

Basileae, Nic. Kesler, a. 1501. Doctrinale cum expositione [Ludovici de Guaschis]. 113 foll. s. num., c. sign. A₂—T₄, typi Goth., in 4^o.

Fol. 1^a: Textus Alexandri cum # parua et utili expositiōe. # *Sequitur icon xylogr. figurarū symbolicarū euangelistarū cum eorum nominibus et litteras initiales IHS repraesentans. Fol. 1^b vacat. Fol. 2^a*: Iste liber diuidit̄ in tres libros parciales. In quoz primo Alexāder tra- # etat etc. () eribere clericul' paro doctrinale nouell' #. *Fol. 53^a*: Hic iubet ordo libri vocum regimen referari #. *Fol. 78^a*: (P) andere p̄posui p̄ versus syllaba quoqz. # *In fine*: Alexandri grāmatici opus cum breui ac utili expositiōe Imp̄ressum Basilee per Nicolū Kessler annū domini MCCCC die *o ij mensis Marcij. #

Araugiae, B. Prov. (olim coenobii Wettingiani).

171.

Coloniae, Henr. Quentell, a. 1502, d. XV. Kal. Ian. Pars I. cum glosa notabili. 124 foll. s. num., c. sign. aij—yiiij, typi Goth., in 4^o.

Fol. 1^a: Prima pars doctrinalis Ale- # xandri cum sententijs. nota- # bili # bus. et vocabulorum lucida expositione. nonnullisqz annexis ar # gu-

mentis etc. *Sequitur icon xylogr. magistrum cum 3 discipulis repraesentans. Fol. 124^a*: Exarata # accuratissimo eū studio Colonie in officina insigni saluberrime # memorie Henrici Quentell. Anno virginiae partus christi- # fore virginis Marie scēdo sup̄ millesimū et quingentesimū # decima quinta calendas Ianuarias. # *Fol. 124^b vacat.*

Detmoldae, B. Prov.

172.

Coloniae, Io. Koelhoff, a. 1502. [Timanni Kemeneri] medulla aurea in III. partem et IV. pars. 28 et 30 foll. s. num., c. sign. A—I et a—c, typi Goth., in 4^o.

III. *Fol. 1^a*: Medulla aurea in tertiam partem # Alexādri ex verissimis atqz probatissimis iā auctorū edi # ta scriptis. Qua facile quicqz bonarū artiū studiosus mo # tri dignitatē syllabarūqz quātitatē offendet qz verissimo. # *Sequitur icon xylogr. : sub astris conspiciantur complures viri, e quibus duo manum tanquam iurantes attollunt. Fol. 28^a*: Finit Tertia pars Alexandri de quātitate syllabarū # cum cōmentariis ex diversis dictis poetarū et praeceptorū # et nouissimorum noviter deductis. # *Sequitur icon xylogr. : vir et mulier ante mensam vel altare stantes. Fol. 28^b insigne typographi.*

IV. *Fol. 1^a*: Quarta pars Alexandri cum verissi # mis et accentuum et figurarū grāmaticarū descriptio # nibus Colorūqz rhetoricorum anoxibus. *Sequitur eadem icon ac supra. Fol. 30^b*: Finit Anno incarnationis millesimo quingente # simo secundo Anthonii abbatis Per me lo- haunē # Coelhoff Imp̄ressum etc.

Vindobonae, B. Coen. Schotten.

173.

Venetis, sine typographi nomine, a. 1502. Partium I. II. textus cum continuationibus etc. 46 foll. s. num., c. sign. aij—fiiij, typi Goth., in 4^o.

Fol. 1^a: Prima et sed'a partes # Alexandri : cum suis # cōtinationibus exemplorūqz si # gnis in- mar # gino pos # tis. # *Fol. 1^b*: ¶ Registrū prime partis Alexandri ostendens numerū capitulorū eius Et qd # etc. *Fol. 2^b*: Prohemium Alexandri # (S) cribere clericulis paro doctri- # nale nouellis. # etc. *Fol. 32^b*: Explicit prima pars Alexandri. # *Fol. 33^b*: Secunda pars # (h) ic iubet ordo libri vocum regi- # men referari. # etc. *Fol. 46^b*: ¶ Imp̄ressum Venetijs. M.CCCC.ij. #

Romae, B. Cors. — Not. a Panzero VIII. p. 357 no. 151.

174.

Lipsiae, Melchior Lotter, a. 1502. Partes I.—IV. cum glosa notabili. 122 (?) et 110 et 36 foll., typi Goth., in 4^o.

